

## Ivridicorvm Critico-Cvriosorvm Semi-Centvria Prima

Buetzovii: In Bibliopolio Academico, [1763]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn88867449X>

Druck Freier  Zugang



1763

Bützow 097

Q. D. B. V.

IVRIDICORVM  
CRITICO-CVRIOSORVM,  
SEMI-CENTVRIA PRIMA:

A

PRAESIDE

D. ERN. IO. FRIED. Mantzeln,

DVICALI CONSIL. COM. PAL. CAESAR, ET  
IVRIS PROF. ORD.

AD EXERCENDVM INGENIA,  
PARITER AC SCRVTANDI STVDIVM  
VENTILANDVMQVE,

IN

LECTORIO DOMESTICO,  
IN ACADEMIA FRIEDERICIANA  
BVETZOVIENSI,

ANNO MDCCLXIII. M. FEBR. OBLATA,  
PER TRES VICES RESPONSVRIS ATQVE  
OPPOSITVRIS,

HVMANISSIMIS IVRIVM CVLTORIBVS,

CHRISTIAN. HENR. KARSTENS,

GVSTROV.

FRIED. WILH. HARTWIG,

BVETZOV.

IO. MATTHIAE SCHERPELTS,

NEO-BRAND.

---

BVETZOVII,

IN BIBLIOPOLIO ACADEMICO.

P A T R O N I S,

P A R E N T I B V S

E T

A M I C I S.



## BENEVOLE LECTOR!

GRATA SUPERVENIET , QVAE NON  
SPERABITVR, HORA,



**H**unc dulcem versiculum, ante multos annos,  
inter rigidissimos labores, per, quadraginta  
et ultra annos, continuandos fasciculo con-  
cernenti, superscriptum, jam typographi-  
am, his, ex parte, minutiis, accedens, fere  
illegibilem deprehendo. Testis est ille, co-  
gitatum tunc esse, fore, ut tandem aliquando levamen-  
tum existeret. DEO et SEREN. PATRIAE PATRI  
laus sit et gloria, quod Bützovii gratas supervenientes  
horas, valde senescens inveniam. Laborare, quia omni-  
modum otium mihi, in intolerabilem poenam arbitra-  
riam, posset dictari, volo lubenter; sed quasi habenis  
ad concatenatos, ut ajunt, labores alligari amplius nol-  
lem. Docebo, sedulus faciam officia, singula, in Facultate  
et in commodum totius Patriae atque Academiae, prom-  
ptissime, donec vixero, pro mea qualicunque virili; sed  
ea quae me fecerunt, noctu et interdium, operarium,

A 2

Judan-

judantem, Divina et Ducalis summovit a me gratia.  
Tantum, ad insperato in pulvere inventum dictum ver-  
ficulum. Ad rem substratam, semper fuere inter ne-  
gotia, et quae profunt, et quae delectant. Ad gaudia  
refero, quae hae et secuturae, DEO volente, exhibe-  
bunt paginae. Loquantur illae ipsae, praebentes, quid  
sit in summa rubri. Multa sunt solius curiositatis et  
ingenii; nonnulla, apud curatiores, habent usus, interdum,  
haud tenues, practicos. Satis! Decem, si DEO  
placuerit, dabuntur centuriae: comites habebunt prae-  
fatiunculas, ad institutum facientes. Haec prima et  
generalis erat coarctanda; unde tantum sequentes fi-  
ant assertiones binae:


I.) Humanissimos illos appellare solemus, qui non in  
crassa tantum subsistunt tritura forensi, sed ele-  
gantiores litteras et critice, antiquitates histo-  
riamque curant.

II.) Hac vice laudare, eo nomine, libet, Dnus HV-  
BEROS, LYDEWIGIVM, quatuor PAGENSTE-  
CHEROS, HEINECCIUM, ESTOREM. SCHIL-  
TERVM et BYNCKERSHOECKIVM.

Proxime fiet Bibliotheca et Res, uti jam scriptum,  
ipsa loquatur, post meas Palaestras et tot program-  
mata,



THE-



# THESES.

## I.

### IVRIS NAT. ET GENT.

1. **I**n Iure Naturae nullus est usus artis Criticae, sive Philologiae et Hermeneuticae sublimioris.
2. Qua Ius Gentium, generatim acceptum, idem dicendum. Quamvis enim detur *Corpus Iuris Gentium Schmauffianum*, patet tamen, esse idem Collectionem, particularum quarundam, quae destituuntur universalitate.
3. Particulae singulae soepe interpretationi criticae sunt obnoxiae. Volvatur *Cel. Dn. MOSERI IVN. Staatsgrammatik, ed. Erf. 1749. Conf. ejusd. Abhandlung von Abndung fehlerhafter und unanständiger Schreiben nach dem Gebrauch der Höfe und Canzleyen, ed. ibid. 1750.*

## II.

### IVRIS DIVINI POSITIVI.

4. Verba Gen. II, 25. Der Mensch und sein Weib, in lepida controversia, an femina sit homo, sollicitare, contra sexum integrum, est, ne durius scribamus, ingeniorum ludentium. A 3 s. Qui



5. Qui Textum Gen. III. 17. qua verba : *Um deinent willen vel mata - vel paraphrastice nobiscum exprimunt, per: qua portionem tuam, universae vehementer litant veritati. Vid. nostrae primae lineae, Iuris Naturae vere talis, ed. 1726.*
6. Ex verbis Gen. VI. 2. *Die Menschen nahmen zu Weibern, welche sie wollten, omnino probatur universalitas Iuris divini, positivi, jam antediluvianiani et antefinaitici. Conf. Dn. STEGER, de Principibus, incestarum nuptiarum autoribus, Lips. 1734.*
7. Omnes nervi sunt inci si impugnantibus conjugiorum, inter comprivignos, per *Valandianam* interpretationem, vocis *moledeth*, v. 11. *Levit. XII. Dolendum, hoc loco, quod verus casus prohibitus negligatur. Conf. nostrae Medit. ad Pand. sacr. n. 64. et legantur eristica Rostoch. Boblio - Cothmanmo - Luffoviana. Add. ex anno 1744. scriptum, Dn. M. MAIOHLEN, de fundam. matrimanii inter comprivignos. Nobis stat sententia: Vier Personen, die sich in einer Stunde verloben mögen, können sich in der Schwiegerchaft nicht zu nahe kommen. Vid. nostra deductio, in denen Mecklenburgis. Intelligenzbogen, 1750. n. 43. Interfuimus aliquando nuptiis, ubi absque omni dispensatione, quae in his terris non requiritur, pater et filius, cum, respective matre et filia copulabantur. Conjugium, cum novercae matre, aegre quidem ferimus. sed non impediretur. Vid. tamen B. GRIEBNERI medit. probabiles, contra ejusmodi nuptias. Expectetur nostrum projectum publicum, des Mecklenburgischen Ehe rechts.*
8. Versio vocis : *πορεία*, Matth. V. 32. it. XIX. 9. per *Ehebruch*, in sensu specifico, innumera peperit incommoda practica. Vid. B. COCCII *Ius controvers. tit. de divort. qu. 5. add. B. S. STRYKII diss. de divort. ob insidias, vitae structas, Hal. 1702.*



### III. IVRIS CIVILIS ROMANI.

#### α) QVA INSTITVTIONES.

9. Solebant olim declamatores academici, inter primas quaestiones. decertare, num et quomodo differant *Institutiones* et *Instituta*; verum recte ejusmodi cuminifectores B. HOPPIVS, in *Comm. ad Instit.* lineis primis, allegando *Constit. de dit. nobis, de Confirm. Digest.* naso suspendit adunco.
10. Vitiosi calami est definitio tutelae, §. 1. *I. de tutel.* quod nempe *vis* sit ac potestas. Rectiora docet versio Theophili graeca, in qua habetur *δικαίον καὶ ἐξουσία*. *Vid. ed. de 1580.* et inspiciatur, si non omnium prima, tamen secunda editio inst. latina, quae prodii *Basil. 1476. in fol. maj.* ubi terse ita: *est jus atque potestas.* Operae pretium esse duxit Dn. WAGNERVS, *Lipsiae 1742. scribere lib. de definit. tutelae genuino intellectu*, eruditum et antiquitatibus refertum, pugnat ille, pro lectione: *vis* etc. §. 5. l.
11. Audiuimus interdum, inter ludentes examinantium quaestiones, in quonam textu juris habeatur: *Pater noster* et responsionem, vel acceperunt, vel dederunt, ex §. 3. *I. de donat.* Expectentur Novellae Leonis.
12. Distinctio, facta in §. 6. *I. de V. O.* inter certa, per rerum naturam et nobis incerta, expectat Oedipum.

#### β) QVA PANDECTAS.

13. Defendatur sexus alter, contra *Accursum*, qui ad *l. ex his* (in glossato, *iis*) *ff. de LL.* scripsit: *propter bonas feminas non debet fieri lex, quia raras sunt; sed propter malas, quia multae sunt.*
14. Qua alterum exemplum, de Lazari testamento, Glossator



tor iudicat crasse. *Vid. verba : Non videtur mortuus, qui  
ram cito est resuscitatus. Vid. Dn. H. VERDVVYN Comment. de  
Testamento Lazari, Amstelod. 1756.*

15. *Lex 20. ff. de LL. pontis asinorum nomine, per injuri-  
am, a nonnullis, insignitur. Hodie autem nullibi defici-  
unt rationes.*
- 16 *In l. 4. pr. de his qui not. infam. liberantur ab infamiae nota,  
qui aquam equis spargunt. Quid hoc? juxta notam Gotho-  
fredinam, stulta foret quaestio; videatur igitur B. GESNE-  
RVS, in diss. de ritibus, quos Rom. ecclesia a majoribus suis Gen-  
tilibus, in sua sacra transtulit, Cap. 2. §. 14. ubi, de non vul-  
gari sed superstitiosa sparsione habentur, ex Rubenio, lectu  
digna, qua festum Antonii, d. 17 Jan.*
- 17 *In eadem lege notabile est verbum: adjuBat. Litera B.  
major est expresse et est unius instrumenti, cum V. Vid.  
Cel. Hommelii oblect. Juris feod. n. 1. ubi inscriptio sepul-  
chralis: Agathemer conjugii bene bibenti etc.*
18. *Lex 5. ff. quod metus causa, ita fert: Metum accipiendum, La-  
beo dicit, non quemlibet timorem, sed majoris malitatis.  
Qu. an sit grammaticae malae, de qua B. LVDOVICI spec.  
scripsit diss. jurid. an queat defendi? Gothofr. in not. videtur  
defendere, ex opposito bonitatis: Du Fresne tantum, abs-  
que epicrisi, allegavit glossam. Abstractive et si agitur,  
de latinitate constituenda, nihil habetur vitii.*
19. *Ad rariores, hinc curiosas referri solet l. 2. ff. de mort.  
infer. quae ita infit: Negat lex Regia. Volunt esse textum  
unicum, post ejectos Reges, retentum. Sed vid. Gothofr.  
in not. qui conjecturam de Numa, Rege secundo, dubi-  
tanter allegat. Nos, vocem: Regia, tripliciter et latius pa-  
tentem amplectimur. Marcellus, ICTus, ex quo excerptus  
est textus, fuit utriusque Antonini Imp. Consiliarius, vid.  
Pan-*



*Panziröl. Lib. I. de clar. LL. interpr. cap. 43.* Quid si uni ex illis magnis Antoninis vindicemus legem illam? *Evolv. l. 3. ff. de his quae in testam. del. Conf. Ep. Iac. Cap. II. v. 8.* atque ad illum *S. Rev. Dn. A SEELEN elegans scriptum.* Ad- dimus, legem Regiam, Iuris Publici, sive populici Ro- mani, esse non-ens.

20. Verba, *l. 2. §. 5. ff. ad L. Rhod. in mare perierunt*, nec vi- tium grammaticale, nec scriptorium habent. *Vid. summa Gothofr.*
21. Editoribus Pandectarum, non placuit, correctio textus, *l. 22. §. 8. solut. matrim.* qua verba: *maritus abutitur dotem.* Adesdum Critice! dicturus, an contra nos salvari queat vitium.
22. Quacivimus, aliquando, *in nostra diss. de dissolut. nexus spon- salit. atque conjugalis, p. 7. n. 8.* An sit casus debilis, mariti, petentis separationem, a thoro et mensa, qb faevitias u- xoris? Negabamus. Amicus Lector, illustri loco, di- scursive, inter patinas excitabat exemplum. Sed deficie- bant acta. Respondeatur, opponendo utendoque textu *l. 11. pr. ff. de act. rer. amot.* qua verba: *sive vir uxorem, sive uxor virum domo expulit.*
23. Spinas habet *lex 6. §. 7. ff. de excus.* Quid enim e. gr. sibi vult flosculus ille: *viri sunt, qui philosophantur; et circulus notae Gothofredinae: vix singulae aetates, singulos ferunt Phi- losophos.* Conclusio: *Hinc etc. est de perplexis.*
24. Imprudentissima est exprobatio, qua invehit Celsus, *l. 27. ff. qui testam. fac.* Domitium consulentem. Huic viro ca- thedrae inusserunt, immerito maculam, appellantes quae- stiones quasdam Domitianas stultas. Non erat substrata quaestio stulta. *Vid Gothofr. et cogitetur de textu Maxi- mil, Ord. Notar, tit. von Testam. §. und sollen, v. in welchen der*  
B Notar



Notarius auch gezelt wirt. An heres ipse possit esse testis, quaerere, per §. 10. *l. de test. ord.* magis inclinatur, ad inutilia.

25. Exemplum, de Homeri operibus, datum in *l. 51. §. 1. 2. ff. de Leg. 3.* ornat, aequaliter, Ulpianum, non autem Imperatorem.

26. Ridiculam controversiam, de lana caprina talem, solemus appellare. Sed audiatur Imperator, *l. 70. §. 9. ff. de Leg. 3.*

### γ) QVA CODICEM ET AVTH.

27. An in mendo cubat *l. 1. C. de ZL.* ubi Imp. Constantinus ita: *Nobis solis et oportet et licet inspicere?*

28. Quid videtur, de verbis, §. 21. *C. de V. I. E.* Itaque quisquis ausus fuerit, ad hanc nostram legum compositionem commentarium aliquod adjicere. Conf. ex praecedentibus, ne quis audeat hominum, qui sunt nunc aut in posterum erunt, commentarios scribere harum legum. *Evolv. Calvini Lexic. Jur. v. Commentationes.*

29. Explicetur in textu illud latine scriptum *cata poda.* Grammatica versio jacet in verbis praecedentibus; verum, an recte *Gothofr.* de periphrasi intellexit?

30. *Lex 2. C. de mand. Princ.* eam secum fert curiositatem, quod probet Iustinianum coimperasse, aliquando, cum patre adoptivo Iustino. Addatur saltem, *fin. C. de offic. magistr. officior.* Tertia non datur. Notetur, qua posteriorem, adscriptus annus 523.

31. Qv. an sit legalis denominatio, *Corpus Iuris* et resp. aff. ex *l. un. pr. C. de R. U. A.*

32. Authenticas quasdam, cum Novellis non concordantes recensuit *B. Heinecc. Elem. Instit.* §. 16. Instituatur autem lectio



lectio critica et haud negligatur observatio, nonnullas auth. dissonantes, ut jacent, esse in praxi, quod tamen localiter accipiendum receptas. *Vid. B. Brunquel. Hist. Jur. P. 2. C. 10. S. 12. sqq.* ubi exempla, quorum alterum claudicat.

### 8) QVA NOVELLAS.

33. Nov. VIII. tit. 3. habet mirabilia atque tremebunda. Est formula, jurisjurandi, quod praestatur ab his, qui administrationes accipiunt. Palpatur blasphema quadrinitas, in verbis: *juro per gloriosam Dei Genetricem, vid. Zeibich. diss. spec. Viteb. 739. Pos. 4. 5.* Pergitur, quod tolerabile: et per quatuor evangelia, quae in manibus meis teneo. Pergitur, et per sanctos Archangelos, Michaellem et Gabrielem. Pergitur, quod maxime memorabile, *sacratissimis nostris dominis, Iustiniano et Theodora Conjugi ejus. Vid. de Ludewig vita Iustiniani et Theodora A. A. in rubro et nigro.* Add. elegantia scripta, *Engelbrecht - Jugleriana, de Theodora.* Circa finem imprecantur sibi jurantes, *supplicium Iudae, lepram Giezi et tremorem Cain*, ordine s. scripturae retrogrado. Ita solebant execrari, *vid. de Chora, Darhan et Abiram, diploma, in den weiteren Rost. Nachrichten, von 1743. p. 229.* Forte Autor rhythmicae praefationis, *Spec. Sax. hinc didicit, scribens, inter alia horrenda:*

Die Maselsucht muß an ihn bleiben,  
Als sie Gehast dem ungetreuen thet: etc.

34. Cur Nov. XXXVIII. vocetur Veteribus *lex mirabilis*, dicat humaniter, qui est affectus.
35. Nov. 133. c. 2. admiramur verba: *animum rigare sacris scripturis, quas si frequenter legent, nunquam decipientur, nec ad humanas descendunt sollicitudines.* Cape tibi hoc, Papa!



ε) QVA CONSVETVD. FEVD.

36. Quid sibi vult, in glossa, ad tit. 27. F. II. Zitterhand et Haisterhand?
37. Elegans est schema, in 2 F. 58. de conjugio, inter Dominum et Vasallum. Vid. HINTZII *Conjugium feudatitium*, ed. Jen. 1690.

η) QVA LIBROS IVRIS CIV.  
APOCRYPHOS.

38. Expectatur criticus, ad *calandica*, in Edicto Iustiniani XIII, c. 3. expressa.
39. Audiatur detonans Imp. Leo, Nov. 58. contra cibum ex sanguine, speciatim, apexabones, die Blut- Würste, quae ita describit: *quod intestinis, tanquam tunicis, infarctum* (sanguinem) *ventri praebeant*. Est dubium vexatum; forte tutius foret eligendum.

IV.

EX IVRE CANONICO-  
PONTIFICIO.

40. Decretum nobis est valde venerabile; destruit illud etiam multos Papatus errores, vid. HABICHHORSTII et FEVST-KINGII labores. Habet autem et passim canones, de nimio restantes. Sequentur exempla varia. Hodie praemittemus illud, ex can. II. LXXXVIII. ubi, inter amplius exaggerata, haec in substantia: *Homo mercator vix, aut nunquam potest Deo placere; Et ideo nullus Christianus debet esse mercator*. Legatur  
totu



totus canon et palpabitur pietatis exsuperantia. Est quidem *palea* notatus ille canon; sed nos, ex quinque opinionibus, de hac voce, elegimus illam, quae a corrupto adverbio *πάλιω*, iterum, hanc vocem derivat et idem denotat, quod: *Nota bene! vid. Praef. Corp. Iuris Can. Pitheorum.*

41. Interdum irrepsērunt, per copistas mercenarios, alios interpolatores, absurda. Insigne exemplum putamus nos invenisse, in c. 2. C. 12. qu. 1. in verbis: *In omnibus, sc. communibus, sunt sine dubio conjuges.* Contrarium videtur fluere, ex laude praecedenti Platonis; sed veniamus, ad conflictum et conferemus glossam, probaturam, hanc parenthesis esse hominis audacis atque salacis.
42. Quis audet defendere Ambrosianam Canonem 21. dist. 5. de consecr. cujus rubrum: *Medicinae praecepta sunt divinae cognitioni contraria.*
43. Notetur species traditionis symbolicae, *scotatio* dicta, ex c. 2. X. de consuetud. qua verba: *modicum terrae in extremitate pallii.* Nos a sinu et parte vestimenti derivamus, utimurque lingua inferiori, in qua habetur *Schoot, Skot*, atque inde glossam, quae vult legi *scrutatio*, nihil curamus. *Leg. scriptum Dn. Meykii Altonav.* de scotatione Danorum. Qui ad *Skot, Schoß* confugiunt, nobis sunt contrarii.
44. *Clem. 3. de haeret.* de Beguardis et Beguinis, ut suspectis, disponit. Nos socierates illas semper laudavimus. Reliquias Rostochii praebet *der Beginenberg.* Qui ambit plura, legat *clem. 1. de relig. dom. Extrav. un. eod.* Varia passae sunt fata, Papas inclementes et gratiosos experientes. Vid in centro, *B. Schoepferi progr. fun. in Ictum Willebrandum jun. cui, Coloniae graviter decumbenti, Beguiniae indelebilia praestiterant officia. Vid. Rost. Etwas, 1737 p. 719.* latuerunt interdum sub capitis tegumentis modestissimis, qualia adhuc nostrates appellant *Begienens, incastae et seductrices; inde Paparum irae et caurelae.*



## V.

## EX IVRE GERMANICO.

45. Peccant soepe graviter, contra Lexicon, ICTi germanice scribentes. E. gr. confundunt Anzeigen und Anzeigungen, Aufhalt et Aufenthalt et sic per integrum alphabetum. *Vid. C. C. C. art. 19. f. coll. art. 55.*
46. In antiquissimis exemplaribus, dictae Nemeseos Karulinae, ut habet editio Remi, semper legitur: Oberkeit. Recte! quid enim sibi vult corruptio in Obrigkeit. Utatur oppositurus argumento, a contrario Niedrigkeit.
47. In Ord. Pol. de 1577. infamis contractus mohatra, damnatus tit. 17. vocatur mit einem, ita in textu, ihres Vermeynens, hösslichen Wörtlein, partita. An unquam hoc vocabulum habuit sensum honestum?

## VI.

EX IVRE MECKLEN-  
BURGICO.

48. Sticksfande appellantur in *Ord. Pol. Tit. vonn Schaden und Pfande*, ea, quibus pactum commissorium adjectum. Vox est idiotistica, explicanda per locutiones: Tho'r sticken Stund: up'n Sticken.
49. Ingedömt nobis comprehendit omnia mobilia et meubles et putamus, nos aliquid invenire in latina voce: *domus*. Eingethum appellatur, in *antiqua Ord. Pol. tit. von Erbschaften §. fin.* male igitur in novioribus editionibus expressum Eingethum, quae corruptio etiam in Iure Lub. palpatur, e. gr. *P. 2. art. 2. tit. 3. Vid. Bülowische Ruhefund. P. 4. p. 52.*  
*ibique*




*ibique alleg.* Ingedom solitus est scribere *Dn. D. STEIN*, in *Comment.* Bene! sed quod *P. 2. p. 44.* scribat: Ingedomb lat. bona mobilia a nobis abludit. *Vid. Textus Iur. Lubec. Lib. I. tit. 9. art. 4.*

## VII, EX IVRE LVBECENSI.

50. Optavimus interdum nobis amicum consentientem, in *dissert. acad. s. r. Glossarium Iuris Lub. antiqui et junioris*; sed rari sunt, quibus talia placent. Exempla praebent: *Dachding, Dagen, Kesen, Magen, verbeüten.* Centuria est in uumerato. Cedimus illam, nisi his pagellis benedixerit Deus, foco tinëisve blattisve.

Hic ordo, haec ratio erit perpetua, donec completa, *D. V. Chilias, Iuridicorum, Critico - Curiosorum.*




Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

VII


EXVNER P. BECHMSI


Several lines of faint, illegible text in the middle section of the page.

More faint, illegible text at the bottom of the main text block.









Ingedom solitus est scribere *Dn. D. STEIN*, in Bene! sed quod *P. 2. p. 44.* scribat: Ingedomb mobilia a nobis abludit. *Vid. Textus Jur. Lubec. 9. art. 4.*

## VII, X IVRE LVBECENSI.

us interdum nobis amicum consentientem, in ad. *f. r. Glossarium Juris Lub. antiqui et junioris*; sed quibus talia placent. Exempla praebent: *Dachgen, Resen, Magen, verbeuten.* Centuria est in Cedimus illam, nisi his pagellis benedixerit o tineisve blattisve.

do, haec ratio erit perpetua, donec completa, *D. Juridicorum, Critico - Curiosorum.*

